AVGVSTVS II, DEI GRATIa, REX POLONIÆ, MAGNVS DVX LITHVANIÆ, Russiæ, Prussiæ, Massouiæ, Samogitiæ, Kijouiæ, Volhiniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Liuoniæ, Smolensciæ, Seueriæ, Czerniecouiæq; Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ, & Princeps Elector.

Significamus præsentibus Lris Nris quorum interest Vniuersis et Singulis. Cum sub his modernorum Calamitosorum temporum Molimi-nibus Ciues Nri Vielicienses, utpote Sptles Casimirus Wacholski, Clemens Jonkowski Consules, et Casimirus Kapinski Aduocatus Ciuitatis Nræ Vieliciensis Nomine Magistratus et totius Communitatis ac Ordinum eiusdem Ciuitatis Nræ Vieliciensis, quærentes medelam, humiliter per Certos Consiliarios Nros Lateri Nro assidentes supplicassent Nobis, Vt Omnia eorum Iura, Priuilegia, Libertates ac Immunitates per Serenissimos Antecessores Nros Reges Poloniæ ipsis clementer collata et approbata, tractu uerò temporum Subsecuti per nonnullorum Officiorum usurpatas ingessiones conuulsa et uiolata, Authe Nra Regia approbare ratificare innouare, roborare ac confirmare dignaremur. Produxissentq; Nobis Lras Pargameneas, manu Serenissimi olim Ioannis III Antecessoris Nri Subscras Sigilloq; Regni Minoris Cancellariæ appenso munitas Sanas Saluas illæsas, omnis Suspitionis notâ carentes, Approbaonem et Confirmaonem omnium in Vniuersum et Singulorum ~~[illegible]~~ Seruien in se continen. Quarum Tenor Sequitur estq; talis. IOANNES III DEI Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Massouiæ, Samogitiæ, Kijouiæ, Volhiniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Liuoniæ, Smolensciæ, Seueriæ, Czerniechouiæq; Significamus præsentibus Lris Nris quorum interest Vniuersis et Singulis. Quod cum Nobis supplicassent Nobilis Ioannes Gladysz Consul Vielicien et Senior Succamerarius Cracouien et Sptlis Jacobus Kossowski Consul Vielicien Nrae Sptlis e Regius et totius Communitatis Ciuitatis Nræ Vielicien, ut omnia Iura et Priuilegia prædictæ Ciuitati Vieliciensi a Serenissimis olim Diuæ Memoriæ Antecessoribus Nris Regibus Poloniæ collata ratificata et approbata Sunt Authoritate quoq; Nra in his Regni Nri Initiis approbare ratificare confirmare roborare et renouare dignaremur, Produxissentq; Nobis horum Omnium Priuilegiorum, Literas in Pargameno exaratas, Manu Sermi olim Diuæ Memoriæ Michaelis Regis et Antecessoris Nostri Subscras Sigilloque Regni Minoris Cancellariæ appenso munitas, Sanas, Saluas illæsas omniq; Suspitionis notâ carentes. Quarum Literarum Tenor Sequitur de Verbo ad Verbum estq; talis. Michael Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Massouiæ Samogitiæ Kijouiæ Podoliæ Podlachiæ Liuoniæ Smolensciæ Seueriæ Czerniechouiæq; Significamus præsentibus Lris Nris quorum interest Vniuersis et Singulis. Perennaturorum Imperiorum eam peculiarem censemus et arbitramur felicitatem Nontantum Iura Priuilegia Libertates et Immunitates Ciuitatibus tam Maioribus quàm et Minoribus, per Diuos Sermosq; Prædecessores

Nostros gratiose collata, ac per Nos circa auspicatissimam inauguraonem ad felicem Coronationem Nram Solenni Iurisiurandi Sacramento in facie Omnium Ordinum Regni praestito Universaliter approbata, iterata Specialis Diplomatis Nri Authe confirmare expecit Verum etiam Sarta tectaque inuiolabiliter conseruare dignum et conueniens est. Proinde et Nos annuente Dei Praepotentis Dextera Incliti huius Regni et Dominiorum eidem annexorum assumpto Diademate, nihil penitus consideramus quam insistendo laudabilibus Sermorum Antecessorum Nostrorum Exemplis omnibus Ciuibus et Subditis Nris ad Mtem Nram Regiam recurrentibus particularem Confirmaonem denegare nolumus, quinimo eorundem maiora incrementa impertiri uolumus. Cum uero Nobis per Spblem et Famatum Franciscum Przelborski Consulem, et Simonem Kordecki Scabinum Vielicien. Nre Ciuitatis Nostrae Velicienses per certos Consiliarios Lateri Nro nunc assidentes bina Priuilegia Lris Pargameneis Exarata, Unum quidem Manu Sermi Sigismundi III. propria Subscriptum Sigillisq. Pensilibus binis tam Maioris quam et Minoris Cancellariae Regni, Alterum uero Approbatorium Confirmacis Omnium Iurium et Priuilegiorum Ciuitatis eiusdem Vielicien. in Vniuersum Omnium Seruien. Manu Sermi Joannis Casimiri itidem propria Subscrium, Sigillo Maioris Cancellariae Regni communitum Sana Salua et illaesa omnisq. Suspitionis Nota in se carentia reproduxerunt ac Nobis humillime Supplicauerint ut eadem Priuilegia Authe Nra Regia approbare confirmare et ratificare dignaremur. Quorum Priuilegiorum et quidem Primi Tenor prout Sequitur est eiusmodi. In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus III. Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae Russiae, Prussiae, Masouiae Samogitiae Liuoniaeq. Necnon Suecorum Gotthorum Vandalorumq. Hrius Rex. Significamus praesentibus Lris Nris quorum interest Vniuersis et Singulis. Quod cum Sermi Antecessores Nri praecipuam semper Ciuitatis Nrae Magni Salis Vielicien. habuissent rationem utpote quae in Fodinis Nris Salinarijs plurimum adferat commodi ita ut eam etiam Vnam ex Sex Ciuitatibus perpetuorum Iudicum Commissariorum Ultimae Instantiae Priuilegiatorum esse uoluerint idem quoq. Nobis faciendum existimauimus, hoc praesertim iniquissimo tempore, quod cum multae aliae Ciuitates, praecipue tum illa quoq. ad Summam peruenit Egestatem. Cum itaq. in eadem Ciuitate Vieliciensi ab ipsa Fundaone Aduocatia fuerit erecta, quae cum multis Annis per diuersos Insignes Viros possideretur tandem Munificentia primum quidem Sermi Regis Vladislai, postmodum Serenissimi Sigismundi Primi Aui et Antecessoris Nri desideratissimi eidem ipsi Ciuitati Vieliciensi collata per eosq. Consensu Eorundem Sermorum Regum accedente, Primo quidem medietatem Sub tempore Memorati Regis Vladislai empta, postea uero praefati Regis Sigismundi Primi tempore, Iuris Ordine, in reliqua medietate de manibus diuersorum Possorum redempta fuit, eaq. postea temporis Successu Legibus Regni sic disponentibus ad Eximendum Gnoso Joanni Szczerbic Aulico Nro per Nos concessa, per ipsumq. per aliquot Decia Nra redempta fuit. Is uero posteaquam illam Annis aliquot possedisset, et precibus Ciuium illorum adductus est, ut de ditenda eadem Aduocatia certam cum eis fecisset Compositionem, permisisset ut ijdem Ciues Vielicienses Incorporaonem eius Aduocatiae apud Nos et Regni Nri Ordines impetrarent, unde factum est, Et primum quidem Nobilitas totius Palatinatus Cracouien. in Conuentu

particulari

particulari Prossouiensi, unanimi Consensu id Nuntijs Suis in Mandatis dedisset tandem uero omnes Ordines Regni in Conuentu praesenti Gnali idipsum a Nobis peterent, ut eandem Aduocatiam Ciuitati illi conferremus et perpetuis temporibus incorporaremus. Dedimus itaque hoc libenter tot Intercessionibus Senatorum Nuntiorumq Terrestrium, ad praesentem Conuentum Congregatorum, ut primumquidem Contractum Seu Compositionem per praefatos Ciues Vielicienses, cum Memorato Joanne Szczerbicz Moderno eius Aduocatiae Possore eo Nomine factam approbaremus, prout iam exnunc in omnibus Punctis, clausulis et Conditionibus approbamus et confirmamus, inhaerendoq Constitutioni publicae Conuentus Moderni, Aduocatiam praefatam cum omnibus eius agris, Campis, fundis, Subditis, aedificijs, Censibus, laboribus, fructibus, reditibus Emolumentisque Vniuersis ita latè longè et circumferentialiter prout ex Antiquo in Suis metis, limitibus et Granitiebus et prout eam Modernus Possor Vigore Commensurationis Commissorialis et Decretorum Nrorum tenuit et possedit, Ciuitati praedictae Vieliciensi eiusque Ciuibus in Vsus Ciuitatis publicos, Iure perpetuo et haereditario, conferimus damus donamus et incorporamus, temporibus perpetuis, cum omni Iure dominio proprietate et haereditate per eandem Ciuitatem, eiusque Ciues tenendam habendam perpetuo possidendam atq in Vsus, uti praemissum est Ciuitatis illius publicos conuertendam Necnon cum expressa et plenaria facultate et potestate, Judicia omnia ad Aduocatum Spectantia tam Burgrabialia quam Exposita et quaeuis alia, iuxta Contenta et praescrum Priuilegiorum per Serenissimos Antecessores Nros Ciuitati illi concessorum, per Aduocatum seu Viceaduocatum per Consules ex medio antiquorum Consulum eligendum et Scabinos ex praescripto Iuris Magdeburgensis iudicandi tractandi et exercendi. Saluo ex eadem Aduocatia Seruitio bellico tempore publicae Expeditionis Nobis Reiq publicae praestando, Harum quibus Sigillum Mttis Nrae appensum est Manu Nra Subscriptarum Testimonio Lrarum. Datum Varsauiae in Conuentu Regni Generali. Die XXVI Mensis Februarij, Anno Dni MDCIX. Regnorum Nostrorum Poloniae XXII. Sueciae XV. Praesentibus Illustrissimis, Reuerendissimis Reuerendis, Illustribus, Magnificis et Gnosis Senatorib Dignitarijs Officialibus et Aulicis, tum etiam Nuntijs Terrarum Regni et M.D. Litthuaniae protunc ad Conuentum gnalem Congregatis in Origli Priuilegio expressis et Specificatis. Sigismundus Rex. Locus Sigillorum Mttis et Minoris Cancellariae Regni. Martinus Mirz...ki Secretarius Regiae Mtis mppa. Secundi uerò Series est talis. Joannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiae Massouiae Samogitiae Kijouiae Liuoniae Smolensciae Seueriae Czerniechouiaeque Necnon Suecorum Gotthorum Vandalorumq Hrius Rex. Significamus praesentibus Literis Nris quorum interest Vniuersis et Singulis, Quod cum in praesentibus Comitijs Regni Generalibus felicis Coronationis Nrae Famatus Proconsul Consules Aduocatus et Scabini Totaq Communitas Ciuitatis Nrae Vieliciensis per Famatum Simonem Gawecki et Paulum Skalski Consules Vielicienses ac Conciues suos Iuramentum fidelitatis Suae Nobis praestitissent, humiliterq Nobis Supplicassent, ut eorum Iura et Priuilegia approbare et confirmare dignaremur. Nos quemadmodum in praefato Coronationis Nrae Conuentu, omnia in Vniuersum Iura Priuilegia, Lras immunitates publicas et priuatas, omnium Regni et Dominiorum Nostrorum Incolarum Status, Condit-

nis et dignitatis cuiusuis tàm Spiritualis quàm Secularis Ordinis hominum, ab Antecessoribus Nris rite concessas quio Juramento approbauimus et confirmauimus, ita et nunc præfatorum Ciuium Velicziensium Supplicaoi uti justæ, benigne annuentes, omnia et Singula eorundem Jura, Lrãs, Priuilegia, Immunitates, Libertates, prærogatiuas, Exemptiones, ac Libertaonem vigore Constituois Anni Millesimi, Sexcentesimi Trigesimi Tertij ab omnibus Stationibus et Exactionibus Militum, omnesq; alias Consuetudines laudabiles, Necnon Depositoria, Decra, Concessiones, Plebiscita, Senatus Consulta, Inscriptiones, Cessiones, Exemptiones, Artificum et Contuberniorum Fraternitates, eorumq; Priuilegia, et signanter Priuilegium Sermi olim Vladislai Quarti Fratris Nri charissimi De Data Varsa Die XXII. Mensis Xbris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Sexto Contubernio Salis Incisoribus Stolnikom y Kopaczom raone melioraonis Soluonis ac mensuris benigne collatis, Necnon prærogatiuas, indulta, quietaones et alia omnia Munimenta tàm Pargamenea quàm papirea, tàm Constitutionibus Regni quàm etiam per Sermos olim Sigismundum III. Parentem Vladislaum IV. Fratrem Nostrum Charissimum, aliosq; quosuis Diuos Reges, Principes, Duces ac Prædecessores Nros, ac alias quascunq; Personas Spirituales Vel Seculares eidem Ciuitati Nræ Velicziensi data et concessa, datas et concessas, iustas et legimas tàm in genere quàm in Specie, ita ut Generalitas Specialitati et Specialitas Generalitati nonderoget in omnibus eorum, eorumque Articulis, Punctis, Clausulis, Conditionibus acsi hic de Verbo ad Verbum inserta essent, Authte Nra Regia approbanda et confirmanda esse duximus, prout approbamus et confirmamus præsentibus Lris Nris, decernentes easdem inquantum Juris est et usus eorum habetur, vim et robur debitæ firmitatis obtinere debere. In quorum fidem præsentes Manu Nra Subscrãs Sigillo Regni muniri iussimus. Datum Cracouiæ in Comitijs Regni Gnalibus Felicis Coronaonis Nræ, Die Sexta Februarij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono. Regnorum Nostrorum Poloniæ et Sueciæ Anno Primo. Præsentibus Reuerendissimis, Reuerendis, Magnificis Gnosis Senatoribus, Dignitarijs, Officialibus et Aulicis, tum etiam Nuncijs Terrarum Regni et M.D.Litt. ad præsentia Comitia congregatis in Cuius Priuilegio Expressis et Specificatis. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Cancellariæ Regni Majoris. Thomas Vieyski Rgæ Mtis Scriius mppa. Nos itaque Michael Rex præfatæ Supplicaoi benigne annuentes, eadem Priuilegia in omnibus eorundem Punctis, articulis, Conditionibus, Nexibus et Ligamentis, approbanda et confirmanda et ratificanda esse duximus, uti quidem de Suprema pte Nra Regia (inquantum Juris est) approbamus et confirmamus, harum Literarum Munimine, decernentes easdem vim et robur perpetuæ firmitatis obtinere debere. In quorum Omnium fidem et euidentius Testimonium, præsentibus Manu Nra Subscriis Sigillum Regni Subappensum. Datum Varsauiæ. Die XXVIII Mensis Nouembris, Anno Domini M.D.CLXX. Regni uero Nostri Anno Secundo. Michael Rex. Sigillum appensum Regni Minoris Cancellariæ. Joannes Wolowski, Varmiensis et Culmensis Canicus Scriius Rgæ Mtis. Nos itaq; Joannes III. etiamsi in hoc felici Coronaonis Nræ Conuentu Gnali omnia Jurã Priuilegia, Libertates et prærogatiuas,

Omnis

Vniuersis Regni Nri Ordinibus, Ciuitatibus et Opidis ac Subditis Nris generaliter omnibus Literis Nris abunde approbauimus tamen Supplicaoni Suprascriptorum Ciuiu Vielicien praesertim Nobilis Joannis Gladysz Militis Nri Ueterani fauentes meritis, cui in hac Ciuitate Vielicien bellica Arma deponere Sudoresq Martios detergere et ad decursum Vitae Suae Annorum sic fatis disponentibus complacuit, libenter Supplicationi huic detulimus, omniaq Jura et Priuilegia, hic inserta, in omnibus Punctis Clausulis et Conditionibus Authe Nra Regia renouanda, conseruanda, ratificanda Confirmanda roboranda et approbanda esse duximus prout renouamus conseruamus ratificamus Confirmamus roboramus et approbamus, Inquantum Juris est et Usus earum habetur, Decernentes easdem, Vim et robur debitae firmitatis Semper obtinere debere perpetuis temporibus. In Cuius rei fidem praesentes Manu Nra Subscrias Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Cracouiae in Comitijs Gnalibus Felicis Coronaonis Nrae. Die XXX Mensis Aprilis, Anno Domini. MDCLXXVI. Regni Nri II. Anno. Joannes REX. Locus Sigilli Cancellariae Minoris Regni. Melchior Gurowski Scrae Rgae Mtis Secretarius. NOS ITAq AUGUSTUS REX. Supplicaoni praefatorum Ciuium Vieliciensium, uti iustae benigne annuentes. Quemadmodum circa felicem Coronaonem Nram, omnia in Vniuersum Jura, Priuilegia, Decra, Lras Immunitates publicas et priuatas, Omnium Regni et Dominiorum Nrorum Incolarum Status Conditionis et dignitatis cuiusuis Ordinis hominum, à Serenissimis Antecessoribus Nris rite concessa et collata Jureiurando approbauimus et confirmauimus, ita et nunc praefatos Ciues Nros Vielicienses circa ea inuiolabiliter conseruare et manutenere cupientes Authe et de plenitudine Ptis Nrae Regiae omnia et Singula eorundem Jura Priuilegia Decra Immunitates Libertates Praerogatiuas Literas Exemptiones ac Libertaonem Vigore Constituonum Regni publicarum ab omnibus Stationibus et Exactionibus Militum omnesq alias Consuetudines laudabiles Necnon Depositoria, Concessiones, Plebiscita, Senatus Consulta, Inscriptiones, Cessiones, Artificum et Contuberniorum Fraternitates eorumq Priuilegia. Et praecipuè Priuilegium Supradictum Serenissimi Antecessoris Nri Joannis III. Necnon Priuilegia Sermorum Sigismundi De Data Cracouiae Fra Sexta ante Dominicam Ramis Palmarum Anno Dni Millesimo Quingentesimo Septimo, et Sigismundi Augusti, de Data Varsauiae in Conuentu Regni Gnali Die Septima Mensis Julij Anno Millesimo Quingentesimo, Septuagesimo Itt Eiusd de Data Varsae Die Trigesima Maij, Anno Millesimo Quingentesimo Septuagmo Primo. Itt. Joannis III. Varsae, Die Decima Septima Aprilis, Millesimo, Sexcentesimo, Octuagesimo Tertio quibus omnia Jura Priuilegia, Praerogatiuae Libertates Ciuitati huic collata et concessa, confirmata et approbata Sunt, Impensae uero Superfluae Gnoso Succamrio et eius Judici seu Deputato abrogatae, et nonnisi semel in Anno descendenti Viginti duo Fertones assignati, tum et Auocaones Causarum ex Crudis Citaonibus, Incarceraio Consulum, Ciuium et Incolarum Vieliciensium prohibita, et Appellaones à Judicio Succamrli recta ad Juditia Nra deuolui assignatae, Prouentusq Ciuitatis ipsis Ciuibus competere, Necnon Prouentus Succamerariales iniusti Sublati, Consules uerò ex Quindecim nonnisi Sex eligendi, Processus breuior instituendus ac alia ad bonum Regimen et Conseruaonem Ciuitatis ordinata et constituta sunt. Itt. Serenissimi Sigismundi Augusti De data Varsauiae Die Quinta Octobris Anno Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo, Rescriptum ad Gnosum Succamrium, ne Contr-

les ab Offitijs degradentur et mancipentur, Sub pœnis Mille Aureorum Hungaricalium. Itt. Eius-
dem Sermi Sigismundi Augusti De Data Lublini in Conuentu Regni Grali Fra Sexta ante
Festum S. Joannis Baptistæ, Anno Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto. Ne Extranei
homines atq; Judæi in Ciuitate morentur et Mercimonijs præcipuè Sale mercentur Soli dun-
taxat Ciues Vielicien tam ditioris quàm tenuioris fortunæ quibus concessum est Singu-
lis Septimanis Octodecem Bancos Salis in Zuppis Vielicien emere duobus insimul et tri-
bus siue etiam quatuor pecuniam componentibus. Et Sermi Casimiri de Anno Millesimo
Quatringentesimo Quinquagesimo Primo. Quo Ciuibus Vieliciensibus plenaria facultas di-
uendendi Sal bancatum Cracouiæ conceditur. Itt. Sermi Sigismundi III. Varsæ Die Duodeci-
mâ Maij Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Primo, Vladislai Quarti, Die Decima Octaua Martij
Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Tertio, Tum eiusdem Die Trigesima Obris, Millemo Sexmo
Trigmo Sexto, Joannis Casimiri Die Vndecimâ Julij Millesimo Sexcentesimo Quinquagmo Jo-
annis III. Die Decima Octaua Febris Millesmo Sexcmo Octuagmo Quarto. Quibus Incolæ in fun-
dis Ciuitatis per nonnullos Contractus Zuppæ annexis Manentes, Victum in eadem Ci-
uitate Vielicien quaeritantes Jus Ciuitatis nonhabentes, Artifices non contubernales, Liquo-
res Mercimoniaq; uaria propinantes, Mercantes et exercentes Jurisdictioni Ciuili nemine
excepto sunt incorporati et Subiecti et ad omnia onera Ciuilia Sufferenda sub pœnis ibidem
expressis astricti. Itt. Decra Sermorum Stephani Ani Millesimi Quingentesimi Octuagmi Noni
et Vladislai IV. Millesmi Sexcentesimi Trigni Septimi. Quibus Forum Consulibus Vielicien
respu grauaminum ex Offo illatorum non coram Judicio Succamrali sed coram Judicio Nrō,
respu uero debiti Successionis, Contractûs uel alicuius priuatæ iniuriæ coram Judicio
Ciuili ad respondendum est assignatum. Itt Sigismundi III. Decretum de Anno Millmo
Sexcentmo Quarto quo Consules Vielicien circa Pensionem Salinariam ex Zuppis percipi-
endam Vigore Priuilegiorum conseruantur[^1] Itt Sermorum Casimiri Anni Millmi Quadrin-
gentmi Octuagmi Noni, et Sigismundi Augusti, Millesimi Quingmi Sexagmi Sexti, Qui-
bus Ciues Vielicien in perpetuo Vsu quieteq; Possone Depository Crucimensis perma-
nere debent, absque ulla molestatione. Itt Priuilegia Sigismundi Augusti Anni Millmi
Quingmi Quinquagmi Quarti, et Joannis Casimiri Ani Millemi Sexcentmi Quinquagmi Quarti
Fraternitatem Tragariorum in omnibus articulis approbantia. Itt. Priuilegium Sermi Ste-
phani de Anno Millesimo Quingmo Septuagmo Nono, quo a quolibet Curru cuiuscunq; gnris et
Speciei rerum uendendarum ~~tum Foralium~~ et emendarum foraliorum Solutio medij grossi Vsualis ex-
ceptis Nobilibus et Spthus Personis sub confiscatione est concessa et pecunia hæc in Repara-
tionem Ciuitatis assignata. Et Sermi Joannis III. de Ao. Millmo Sexcmo Septuagmo Sexto. Quo
Ciuitati Vielicien confertur et incorporatur Vectigal a Boue gro: Quatuor, a Juuenco grosi Tres,
a Vitulo gro: duo, a porco gro: Tres ab Ariete gro: duo a pedestri hōe res aliquas Consumptibi-
les ad uendendum ferente grossum Vnum, a Curru panibus impleto gr: Sex, per Hebdomadas
et Annos Sequentes exigendum, Necnon Exactio Antiqua Lopatkowe Przepłomickie
nuncupata. Itt. Priuilegium eiusdem Sermi Joannis III. de Anno Millesmo Sexcentmo Octua-
gesmo Septimo, quo Hyberna in florenos Mille Extensa ad florenos duntaxat Quingentos mo-
derantur et reducuntur, Consentat uero ad florenos Trecentos Triginta Tres, a contin-
uantur, cum expressa adiecta Clausula ut [prope] ad iacentes Fundi Rosnowej Campi, Lem-
mierzowskie

[^1]: qua pensione non aliter ipsi gaudere uolunt nisi ut reparatio-ni Viarum per quibus in clusue in [illegible]

[annuli [illegible] ~~[illegible]~~ Capitaneus Nowatonsem, Ro-
znowa, per Krzyzanki Gralowska Villas hactenus ad Ciuitatem Vielici-
ensem Spectantes et quaeq.]

277 Mierzączka, et aliquot Domunculæ ~~Sub prætextu~~ [in fundo] Zuppensi in Vico tamen Civitatis et
Laneis Civitatensibus consistentibus, ad ~~eadem Hiberna~~ † contribuant, aliaq. omnia Iura, | † omnes Reipublicæ contributiones pro personæ cum Scitu et consensu Administratoris privilegiis suis in directione Zuppariæ generalis ne per id juris dictioni propria derogetur, compatent et †
Privilegia, Decreta, tàm Pargamenea quàm Papirea, et in Libro [Consulatus] Donati, [/dicto] in Archivo Civitatis
280 Vieliciensis extante, continentia, etsi hic non inserta et non Specificata pro insertis tamen
et Specificatis censenda, cum omnibus eorum Contentis, punctis, Clausulis, Articulis, Nexibus,
acsi de verbo ad verbum hic inscripta essent ‡ Authe et de plenitudine ptis Nræ Regiæ, ap- | ‡ prout in iis sunt et Usu eorum habetur.
probanda, roboranda, innovanda, confirmanda, ratificanda et manutenenda esse duximus,
uti quidem approbamus, roboramus, innovamus, confirmamus, ratificamus et manutenemus
decernentes ea omnia et Singula Vim et robur perpetuæ firmitatis obtinere debere, nec in-
violata a quopiam semper manere. Ac insuper ~~mandamus serio omnibus et Singulis~~
~~tam Officijs et Iudicijs quam alijs quibusvis Personis, et~~ præcipue Gnosi Supremi Zupparij Crac. eiusq. Vicesgerentis Necnon [Officijs] Castrensi Capitaneali Cracovien. et Zupparialis
Vieliciensis nunc et pro tempore existentibus [deducendo ipsis serio Mandamus] Vt eosdem Cives Vielicienses, circa
2?? Iura Suprarecensita et præsentem Approbationem Nram, in omnibus et per omnia,
non obstantibus quibusvis in Contrarium Oppositionibus, Privilegijs et Rescriptis, conservent
et manuteneant, conservarique et manuteneri ab omnibus curent. Pro Gratia Nra
et sub pœnis in Violatores et Convulsores Privilegiorum Nrorum Legibus Regni Sancitis
In quorum fidem præsentes Manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus
Datum Cracoviæ Die Mensis Anno Domini
266 Regni vero Nri Anno

Augustus Rex

† Inhærendo Legibus et constitutionibus Regni publicis de Bonis mensæ Nræ Regiæ Sancitis
Singulariter Constitutioni Regni Gnali anni 1633 folio 46 titulo Libertacia miast Wielickie. et Sta-
rostwa Felnierskie et Constitutioni 1635. fol. 40 titulo Wolnosc od stanowisk Zolnierskich
et Const. 1658 fol: 40 titulo Miasta Nasze Bochnia Wieliczka nec non Constit: 1673 fol.
23 titulo Oeconomiæ et Const. 1676 similiter titulo Oeconomie fol. 44. adeoque 1678 fol.
6 titulo Obrona dobr Naszych Ekonomicznych [illegible] eandem Civitatem Vielicien. supra præallegatas Constitutiones ab omnibus et singulis oneribus [illegible] consistentis [illegible]
Stationibus extorsionibus pensionibus exactionibus quovis nomine vocatis tam Regni quam Regni et M. D. Lithuaniæ liberamus eximimus et in contravenientes Persecutionibus
hanc Civitatem Vielicien. [illegible] in toto vel in parte [illegible] pœnam aliquam in Legibus Regni et [illegible] aliquid gravamen
[illegible] articulis descriptam interponimus Quod ad notitiam omnium quorum interest †

Confirmatio Iurium et Privilegiorum Civitati Vielicien. a [illegible] Memoriæ Regibus [illegible]